

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Ingressurus Religionem non petat consilium à cognatis: non differat ingressum: non abiiciat Dei vocationem: bono fine ingrediatur: à peccatis grauibus tunc maximè abstineat: bona temporalia ante ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

S.Chrysostomi: Consideramus, inquit, si nimis
quidam ac importune risit, reprobens est à quopiam,
Respondet alius, nihil esse id mali. Quid enim est risus
aut quid inquam mali ex risu sequitur? Orta tamen est
ex immoderata paulisper risu surrisitas, à surrisitate
turpiloquum: à turpiloquio operatio turpis profecta
est. Nam inter turpia & dedecora se ridemus, ait Sal-
utianus, sceleris committimus, & quidem sceleris non
minima, sed ob hoc ipsum penaliora, quia cum videan-
tur specie esse parus, rebus sunt exitiosis pestilensissima.
Quotidianam prò dolor experientiam comprobat à
talibus sermonibus multos prolabi ad turpia
facinora. Ideo merito Sidonius Apollinaris
commendavit quandam, Quod castitatis affectu
contubernia fugerit impudica preferim quibus nihil
penis, nihil sancti est in appetendis, garrisque tur-
pidibus: quique, quod verbis inuerecundis aurum
publicarum reverentiam incessant, granditer sibi vi-
duntur facitari. Quocirca Aristoteles suo & alio-
rum iudicio monuit, Omnid obscenitatem verbo-
rum exterminandam esse ex Civitate: ex turpiter enim
loquendi licentia, sequitur turpe facere. Seruandum
est ergo monitum S. Asterij: Et auribus sua leges
sunt, sue cautions. Ad sanos enim sandosque sermones
mulinare & patet facere eas oportet, ac per istos quasi tu-
bos ad animam bona dicta transmittere. At si quis vi-
tiorum affecta, pestilensque & perniciosa homo pro-
pius accedit, vt peccati carum per aures infundat; vi-
tandus ille & fugiendus non alter, quam genus illud
serarum, quod toxicum etiatur.

CAPUT DECIMVM QVARTVM.

Ingressurus Religionem non petat consilium
acognitis: non differat ingressum: non
abiciat Dei vocationem: bono fine in-
grediatur; peccatis graibis tunc abssi-
neat: bona temporalia ante ingressum
non diffiper.

Cum Religiosus status sit, in quo Christo
cinitante, eum sequuntur illi, qui mundum
relinquent, & hęc sequela, vt ait S.Hieronymus,
sit relatio malis, facere bona. Cum supra dictum
sit, quibus modis relinqua fiant mala, seu de-
clinandum à malo, vt ait David, nunc viden-
dum est, quid sit facere bona, quod diximus de-
bet esse cordi ei, qui se preparat ad ingressum
in Religionem, vt & cuius Religioso. Hoc S.
Ambrosius indicat quid sit: Christus inquit, est
finis omnium que pia mente posimus, in omnibus tibi
sequendum est. Ad quem igitur contendas, nisi ad perse-
ptionem omnem summamque virtutum? Et ideo tibi
dici: Veni sequere me, hoc est, vt ad consummationem
virtutū peruenire merearis. Ergo qui sequitur Christū,
cum pro possibilitate sua debet imitari, vt precepta eius
seam ipse medetur, & diuinorum exempla factorum.

Sed ad particularia deueniendum est, quibus
modis is qui interior sentit inspirationes ad in-
gressum in Religionem, debeat sequi Christū,
& se gerere, antequam ingrediatur Religionē.

Primus modus est, Ne petat consilia à sanguine
iunctis & similibus personis, carni & mundo
addictis, sed propter causas supradictas tan-
quam diuinam vocationem accepte. Quantos
mundi sapientia maledicta supplantat, inquit S.Ber-
nardus, & conceptum in eis exigit Spiritum, quem
voluerat Dominus vehementer accende. Noli, in-
quietus amici, precipitanter agere, diu considera, dilige-
nitus inture: magnum est quod proponis, & opus
habens multi deliberatione. Experire quid poscas, ami-
cos consule, ne post factum te penitere contingat. Hac
sapientia mundi terrena, animalis, diabolica, inimica
salutis, suffocatrix vita, mater tepiditatis, qua solet Deo
vomitum provocare. Cae tibi ait. Ut quid enim? Cam
à Deo verbum esse non dubitas, quid opus est delibera-
tione: vocat magni consilii Angelus: quid aliena consilia
præstolaris: quis enim fidetior, quisue sapientior illorū: De-
duc me Domine & deduc: fortior esto & innaleste.
Nouī ego quānam sint, que oportet fieri cito. Ab condicione
ignem in finu meo, & exusto iam latere, iam nudatus
visceribus, iam sanie desflente, diu miseri deliberandum
est an expurgiscar, an excutiā, an abiciā illum? A-
micos consulat, qui non legit, inimici homini domestici
eius. Quocirca S.Thomas fusē ex S.Scriptura &
SS.Patribus probans, non esse petenda consilia, Opusc.17.
dum quis vocatur à Deo ad Religionem, sive contra-
vocetur exteriori, vt Apostoli, sive interiori, vt trah. ab
alij, & afferens non esse diu deliberandum de
hoc, sed statim executioni mandandam diui-
nam vocationem, id quoque confimat autho-
ritate Aristotelis, afferentis, De his qui à Deo mo-
uentur, consiliari non expedit eis. Habent enim princi-
pium tale (mouens animam & rationem) quod
melius est intellectu & consilio: scilicet Deum: Et
subdit S.Docktor: Erabeat igitur, qui se dicit Ca-
tholicum, diuinus inspiratos ad humana transmittens
consilia, quibus eos Philosophus ethnicus afferit non
egere. Et suprà dixerat: Spiritus S.reuelat non solum
docendo quid homo debet loqui, sed etiam saggerendo,
quid homo debeat facere, vt dicitur Ioan.14. Cum igitur
homo instinctu Spiritus S. mouetur ad Religionis
ingressum, non est ei differentium, vt humana requi-
rat consilium, sed statim homo imperum Spiritus S. fe- Hier.ep.
qui debet. Quod si ipsi parentes disfluideant in ad Helio-
Religionem ingressum, in modo vetent, obediēt eis dor. Amb.
non tenetur, vt cum S. Hieronymo docent alij
SS.Patres & Theologi. Immo ipsi ethnici. Hinc Aug.ep.
Hierocles ad 4. Pythagoræ: Majoribus, inquit, 33.
bonis propositis, maiora minoribus præferri oportet, Chrysost.
quando virumque seruare non licet. Vt honestum qui-
dem est obediēt Deo, honestum & parentibus, si vtrum-
que præceptum & suadela, ad hoc tendit, firmum erit, hom.37.
& lucro adscribemus. Sed si ad aliud nos ducat diuina in Euang.
lex, ad aliud nos ferant præcepta parentum, in hac vo- Sanchez
luntatum diversitate, Deum præferri semper oportebit. 1.4. in De-
cal. c.20.
In iis solū parentibus non obtemperantes, in quibus & ibi ci-
p̄si diuinis legibus non obedierunt. Exempla eorum
qui iniusti parentibus ethnici ad vitam philoso- 1.4. de ab-
phicā conuolarunt, habet ethnicus Porphyrius. stia.

Secundus modus faciendi bonum, est, ne pro-

181.

S.Ecce
nos reli-
quimus
omnia.

E crastin-

craſtinet, ne diſterat ſuum in Religionem ingressum, non habens iuſtam & grauem cauſam, iudicio Confessorij vel Directoris spiritualis, ad procrastinationem, cauſa autem non diſterendisne cauſa ingressum, ſunt hæc.

S. Ecce nos reliq. omnia. Prima. Ut quantocyū te liberes ab his occationibus & periculis peccatorum, quibus ſcatet vita ſecularis, de quibus ſuprā traſtatum eft. Ab ore pte geheu eripior, ait S. Bernardus, & inducias petam? & retardabor & cunctabor exire, ſi forte interim fiat aliiquid? Magnum omnino eft quod offeratur, ſed eō utique libentius & ſefinantiuſ excipiendum, & obuiuſ arripiendum manibus, cum feruore & hilariitate. Non erubet cam ergo fugere, monet S. Ambr. epift. 84.

S. 183. 246. de temp. glorioſa enim fugia eft fugere à facie peccati. Et Seneca monet: Relinque iſta ad qua diſcurrit: relinque diuitias, aut periculum poſidentium aut onus: relinque corporis voluptus, emolumenta & enuerant: relinque ambitionem, tunida reſ eft, vana, venofa, nullum habe terminum. Quod maximè iuuenib⁹ faciendum eft, quia facile aliciuntur ad peccata, rerum terrenarum crepidis, & citò tentationis impulſibus proſternuntur, quippe in ea etate frequentioribus. Iuuenilis enim etas, inquit S. Auſtinus, ſuo malo edoctus, pluriſbus atque maiores tentationum tempeſtibus quatitur, & fluctuum crebriore impetu ſeculi inundantis operitur: forma dignitate iactatur, pompa verum temporalium preſulegat, aut exoptat, aut gaudet. Et ut ſcribit S. Hieronymus: Inter inceniuia uitiorum & carnis titillationes, quaſi ignis in lignis viridibus ſuffocatur, ut ſuum non poſſit explicare fulgorem: ſcilicet virtutis.

Sicut enim qui mari fluetibus iactatus, non neceſtit moras, ut citò ad portum perueniant, ſed quām citiſſimè cupit eſſe in portu, ut pericula quæ à fluetibus mari ſimiliter euadat: ſic qui inter fluetibus ſecularis ſtatus degit, properante debet ad portum Religi⁹ ſi domicili⁹, ne peccatorum fluetibus obrutus, demergatur, ut complurimiſis contingit. Vnde benē mouit S. Gregorius Nyſenus: Cum in hac vita tanta malorum turpitudi ſimil coniecta ſit, vna eſt ratio quā uſ liberemus, ſi nos ab ea vita penitus ſegregemus. Neque enim qui Sodoma habitauerit igneos imbreſes eſfugere poterit, neque ab Aegyptiorum ſerviuitate ſe quipiam vindicabit, niſi Aegyptum deſerat. & non rubrum illud, ſed hoc atrum & vere obscurissimum mare per transeat. Feſtina igitur, inquit S. Hieronymus, queſo te: & herenti in ſalo nauicula ſunem magis preceide (ut eam citius eripias e periculis mari) quam ſolute, quia ſardius ſolutus, quam preciditur. Quis vnuquam, inquit S. Gregorius, decurrentium fluminum tumidi voracibus raptus, manere ipſe fixus potuit, deorum vnde deſtute? Quisquia ergo deſtute deuictus, ſuperet, ut quod deſtutus fugiat: ne per hoc quod amat, in hoc cogatur peruenire, quod vitat. Qui enim rebus labientibus inheret, illo videlicet trahetur, quo tendit, quod tenet.

184. 1. 12. mor. cap. 2. Secunda. Quia dilatio ingressus, ſaþe adſertia ſteturam vocationis, ſaltem torporem quen-

dam, qui facit, vi libenter poſtea ingrediatur is qui ingreditur Religionem. Hoc obſeruavit S. Chryſtoſtomus, qui in quadam concione, cum ſecularibus Antiochenis statum Religiosum commendat, ſubdit: Forte multi nunc in caluſiſtu, & tam pulchra conuerſationis defiderium concepiſt. Verum quid prodeſt, ſi dum hic eſt, hunc ignem habetis, egressi vero flammam extinguitis, & ardor ille euaneſcit? Quid igitur remedij? Dum tibi feruens eft hic amor, abi ſtatim ad illos ipſos Angelos, eumque magis accende. Ne dicas: Alloquar prius propinquos, refque meas expediā. Torporis initium eft hac dilatio. Patrem discipulus ſepelire voluit, nec id Christu permifit. Quid ita? Quoniam acer inſtat diabolus, ut ſe in animum inſinuerit, & ſi vel breuem arripuerit vacacionem, vel prorogationem, ad magnuſ inducit torporem. Ideo quidam admonet: Ne diſeras de die in diem.

Terria Cauſa non diſterendi ingressum in Religionem eft, periculum mortis, ne ſi forte ea ſuperuenerit, priueris illis ſupradictis innumeris bonis & meritis, qua adſert ſtatut Religiosus. Feſtina, inquit S. Anſelmus ad tantum bonum, epift. 1. quia nullo bono efficacijs peruenies ad ſumum bonum. Plures vidi prouinentes & diſferentes, quo ita mors tulit, ut ne id perſuerent, quo ſe impediabant, nec id inciperent quod promitebant. Et S. Bernardus epift. 10. Romanum Diaconu hoc motiuo excitat: Quid tardas, ipſum quem iam dudum conceperas Spiritum parturio ſalutis: nil mortalibus vel morte certius, vel incertius hora mortis, ſiquidem tanquam ſu in nocte, ita veniet. Vnde pragmatibus illa die. Eius ergo feſtina, exi, recede, moriatur anima tua morte inſtorum, quo ſiant & nouiſma tua horum ſimilitudine. O quam pretioſa in conſpectu Domini mors Sanctorum eius! fuge queso: in via peccatorum ne ſteheris. Quonodo ibi uiuere potes vbi mori non audies? Feſtina, ne diabolο inſidiandi & ſeure cupienti ad nocendum, derut occasio. Scribit S. Cyprianus Martyr, Quando & Apoſt. 1. 1. ep. 11. lus dicat: Nolite locum dare diabolo: liberanda eft vi- gilante periculis locis nauis, ne inter ſcopulos & ſaxa frangatur. Exiunda eft velociter de incendo ſarcina, priu quam flammis ſuperuenientibus concremetur. Nemo diu tuus eft periculo proximus. In hoc periculo eft atas iuuenilis. Nam ut ait Cicero: Volupitate & deliciis faciliter iuuentus intercipitur.

Quarta Cauſa, quia eft quidam contemptus Dei, dum te vocat ad ſe, non ſtatim ſe proprie- re, ſed nolle ſtatim ad Deum accedere, idque deliberat. Ideo S. Bernardus ad quendam qui ad abfoluenda litterarum ſtudia annuas quali inducias poſtulauerat ſic ſcribit: Obſecro, redi ad epift. 10. cor: & aduertere hunc annum terminum, quem tu tibi indulſiſti. In iuriam Dei, non eſſe anno placabilem Domino, ſed diſcordia ſeminarium, ira ſomitem, na- trimentum apoftafia, qui Spiritum extinguit, gratiam intercludat, teponem afferat illum, qui Deo ſoleat vomitum prouocare. Benē dixit, hanc dilationem verge in iuriam Dei, quia ſic ingressum diſferre ſine cauſa iuſta, eft, ac ſi diceres: Domine nolo moſd venire, expecta me, poſt aliquot hebdomas veniam, vel

I. DE RECTE TRADUCENDA ADOLESCENTIA. 51

et post tot menſes. Auderetne ita responderē Imperatori, te ad te vocant; & quidem si scires, eum te vocare, ut faciat Principem Imperij, & valde dicer. Sic repletus tractant Deum, qui vocationi (non habentes iustam differendi causam) non obſcundant. Ecce, inquit S. Augustinus, indulgentia dator aperit tibi oſtium: quid morari? gaudeſe debes, si aperiret aliquid pulsanti. Non pulſaſi, & aperit, & ſorū remaneat: Ne ergo diſferas.

Quinta Causa, aqua est, ut ita ames animam tuam, ſaltem, ſicut amas corpus. Sicut ergo non diſfers prandium & ſomnum corpori commode, quando eſt tempus prandij & ſomni, ita diſferre non debes ingressum in Religionem tuum, pro quo tempeſtis eſt tempus aptum: & velterius ac longius, non eſt quārendum, quandoquidem ingressus iſte cedit in multiplex bonum anima tua, ſuprā explicatum. De misericordia operib⁹, ait S. Augustinus, quodam loco Scriptura dicit: Ne diſixeris, vade & reuertere, cras ego dabo: cum poſtu continuo benefacere: non enim ſci, quid ſequens contingit die. Audiſti preceptum non diſferend⁹ in aliun ſu⁹ miſericors, & diſferendo in te eſt crudelis: Exhibe & anima tua eleemosynam. Non dicimus, ut tu Deo deſ, ſed ne repellas manum dantis: ſciltet Dei, qui dat tibi cœleſtēm eleemosynam vocatiōnis ad Religionem, ut te tanquam pauperem è ſtercore eleueſt, & collocet cum Principib⁹ populi ſui.

*Sexta Causa. Quia qui iudicio ſui Confelliſtij non debet diſferre ingressum in Religionem, ſi coram Deo rem profundè conſideret, & conſiderare deberet, ac ſi iam iam moriendum ſibi eſlet: non inteniet reuera talem vllam cauſam diſferendi ingressum, qualem habuit ille diſcipulus, qui voluit priuſ ſepelire patrem mortuum, & hoc vltimo charitatis filialis & obſervantie actu expleto, deinde ſequi Christus. At Christus tamē ei id vetuit: ſed dixit: Seque-
reſte, & diſmitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Hoc dixit, inquit S. Chrysostom, non iubens cōtempnere amo-
rem erga parentes, ſed monstrans, quoniam cœleſtibus negotiis magis nobis neceſſarii videri oportet, & quod
toto ſtudio noſ iis applicare debemus, quoniam impedi-
menta que obiciuntur, & maxima, & maximè neceſſaria aut insuperabilita videantur. Et S. Ambroſius:
Paterni, inquit, funeris ſepulchra probetur, vi in-
tellegas, humana poſſiblitas diuiniſ. Bonum ſtudium,
ſed maius impedimentum. Nam qui partiuſ ſtudium,
deriuat affectionem: qui diuidit curam, diſſert profectum.
Opac. 17. Ergo priuſ ſebenda qua maxima ſunt. Atque ita S.
eſ. & 10. Thomas ex professo trahens hāc de re, an diu-
nit deliberandum de ingressu in Religionem,
& per conſequentiam, an diſſerend⁹ ſi iſte
ingressus properiter deliberationem de eo, non ſe-
mel refoluit & probat, nullo modo diſſerend⁹ eſt, ſed quām citiſſimè obediendum eſt
Deo vocanti. Sic fecere Apoſtoli Petrus & An-
dreas, qui poſquam à Christo audierunt ſibi
dic̄i: Venite poſt me, & faciam vos pifcatores homi-*

nū, coniunctū relitti retribut ſecuti ſunt eum. Sic Matthæus poſquam audiuit à Christo: Sequere me; Surgens ſecutus eſt eum. Si cū vīſis Iacobus Matth. & Ioanne vocaſſet eos, Huius relitti retribut & pa- 9.9. tre ſecuti ſunt eum. Sic Elieſeſ ſine mora ſecutus Matth. 4. eſt Eliam. Nescit enim tarda molimina, Spiritus S. 2.1.2.2. gratia; vt ait S. Ambroſius: Et ut ſcribit Seneca: 3. Reg. 19. Ingratū eſt beneficium, quod diu inter manus dantis 19.2.0. 1.2. in Luc. heſt. 1.2. de be- nef. c.1.

Sepima Causa non diſſerendi ingressum in Religionem, multè magis excutiendi vocatio- 189.

nem eſt, quia id valde diſplicer Dō: tum quia eſt quidam contempnus Dei, dum vocans aliquem non auditur, (vt ſuprā dictum eſt) tum in 4. cau- ſa. quia declarauit hoc Deus miris modis, diſplice- re ſibi, partim tales puniendo grauiſſimè, & permittendo ruere in ſcelera, partim minas a- cres intentando. Exrat Epiftola S. Bernardi ad Thomam Audomarenſem, qui ob ſtudia litera- rum, ingressum in Religionem diſſerebat, ad quem deterrendum, ſupplicio alterius, eadem ob cauſam diuinitus immiſſo, conuertere conatur. Heu, heu, yiderit mihi vno ſpiritu ambulare, ſicut & vno cenſeris nomine, cum altero illo Thoma, olim ſcilicet Prepoſito de Beuerle, qui cum ſe ſimiliter noſtro Ordini & noſtre domui toto deſiderio deuouiferet, capi- induciari, & ita paulatim reſigfceret, donec ſubitā & horrendā morte pateperit, ſacris eſt de medio ſeculari, & praearuator, & duplo filius gehennæ: quod ab eo, ſi fieri poſt, auerat miſericors & miſerator Domi- ni. Sed ſunt alia terribilia exempla. Scribit 190.

enim S. Antoninus, quendam, Franciſcani Or- 3. p. tit. 24. dinis votum fulcepit, poſtea mutato conſilio, c. 9. §. 9. factum Canonicum, poſt paucos dies incidiſſe in mortuum lethalem, ſquam ob cauſam admo- nitum à ſuis de anima per confeſſionem expiā- da, reſpondiſſe, nihil eſte opus: quoniam oſten- ſum ſibi eſſet, ſe eſſe damnatum, quare ne amplius ſibi moleſti eſſent, quia non poſſeret conſiſteri. Ap- apparuit enim, inquit, mihi Dominus iratus, diuenit: Vo- caui & renuiſſi, id eſt vade ad penas inferni. Alter cū ſe Cisterciensium Ordini vellet addicere, & de die in diem ſine cauſa diſſeret, apparuit ei Christus D. cum Apoſtolis Petro & Iacobo, Pe- trus tenebat pulcherrimum librum coram Do- mino apertum, in quo illius adolescentis no- men, Ioannes, deſcriptum erat, ſed Dominus ad S. Petrum, Dele, inquit, iſum de libo meo. Iacobus verò ſupplicare ei cepti pro illo, & emendatio- nem promittere. At Ioannes hoc videns, tre- mebat, nouamque vitam pollicebatur. Domi- nus autem, quia illius inconstantia minus cre- dens, fideiuiſſorem illius voluntatis poſtulauit, quem ſe S. Iacobus obtulit. Interea excitatus iuuenis admirans ea quæ viderat, rurſum ob- dormiuit, & iterum id ipsum vidiit, & præterea ſcriptum in illo libro legit illa Canticorum ver- ba: Murenuſus aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Tandem euigilans & illis nimis exter- titus, & his promiſſis excitatus, Ordinē Cifter- E 2 cien-

censem nullum moram interpolata ingressus est; & magnos in eo fecit in virtute progressus.

Plat. 1.3.c. In historiis quoque Franciscanis scribitur de quodam studioso Parisiensi, qui cum illum Ordinem ingressi statuisse, & postea mutato consilio ad alia se divertisse, nocte quadam vidisse sibi Iudicem Iesum, in regio throno cum Maiestate, confidentem, & conscientiam percussum clamare copisse, Misere Domine: cui Dominus: Misericordia, inquit, si cogitata perfecisti. Quod cum libenter, se factum dixisse, nihilominus tamen a deo in ahenum oleo & pice fonsu coniectus est; in quo videbatur tantis torqueri cruciatis, & si pre doloris magnitudine ossa a carne reuelarentur. In qua angustia expensis, nulla interpolata mora Religionem ingredius est.

39.1.7. Tertius modus faciendo bonum ante ingressum in Religionem, est exequi Dei vocationem, non abiocere, quia sicut desertores Religionis status plenumque infeliciissimos habent exitus, ita & iij qui resistendo diuinæ vocationi eam non excequuntur. Id ostendam ex literis ex nostra Societatis historiis peritis: Adferrem & aliorum Ordinum exempla, sed historias eorum non habeo, licet quæsiuerim ab aliorum Ordinum Superioribus. Cumquidam coniutor Romanus, in Societatem se ingressurum voulisset, ad eaque postea sententia amicorum, quibuscum suum consilium communicarbat, blanditiis nuptiarumque initiativis deducit se passus esset; suo perfidie penas dignas Deo dedit: paucis enim post diebus grauiissimo atque infensabilis morbo est oppressus.

40.1.11. Eodem anno cum Catacci in Provincia Neapolitana, adolescentem quidam omnino constituisse se Societatem certe. Caput eius se adiungere, cum resisteret parenti vario blanditiis, tum opulentis imprimit atque illustri matrimonio unicum, sibi que carissimum filium ab ea sententia avertit. Sed non dum ea relatus est pater, sibi mente post febris invadens filium, separando die vita, matrimonioque exurbauit.

41.1.11. Muter filium tantum non in Societatem cooptatum, sicut alii quibus viuuntam cunctam nostramque Collegiant repluit, dominum inuitum retraxit, nec impune: decimo enim die ipsa in febris pestilencem incidit, quae culpam agnoscent, filium ultra ad Collegium remisit, testata nunquam se eum a suscepso Religionis consilio renunciatram, nesciope conualuit.

42.1.7. Eodem anno Vlissipone cvidam diuinitas interea mens est, ut deletis vita anteacta maculis, certo se Religiosorum Ordini dicaret, quod cum vni e nostris Petribus, exposuisset, ab eo peccati, ut sibi diem constitueret, quo peccata confiteretur. Pater diem mercurij dixit: ad quam diem venit ille quidem, sed negavit se satis adhuc paratus ad Confessionem obviandum, itaque in diem Dominicum reiecta res est; quo die subito morbo corruptus, nondum expiatus, vita decepit.

43.1.11. Anno 1584. Cum adolescentem Gallum propinquum à Societate auertere conatis essent, quam ingredi voluit, utique eius fuissent con-

stantia, tamen improba eorum mens impunita non fuit, quippe ex iis vnu, præ ceteris insolentior, vix dominum redit, cum repente iugulatus est morbo: nec iam multo post fratrem in latu perire, ut doceretur imprudentis pater, suos ei filios non grauante concedere, cum sceptro atque imperio liberorum vita atque mortes obtemperant.

Eodem anno 1584. Heribaldi quendam vocauerat Deus, sed dum es diem ex de trahit, & Dei vocem procrastinando contemnit, mortifico corruptus est morbo, ut strato saepe corpore, vigeret animu qui lanquebat. Itaque reputare secum arient caput, quando tuus tum agetur, si nostrorum licet inter amplectus, supra illius hora molesti angoribusque defungi. Quæ cogitatio cum penitus insedisset in animo, statuit pregnare pro viribus, ut quamprimum in Societatem aditus patesceret. Rebus igitur cum Rector transactis, ut voti compos est factus, relevari morbo subito caput: facile ut appareret vim illam suisse diuinam, quia in omnibus est parata, qui malunt plagi quæ vocibus admoneri.

Eodem anno Tolosam cum pater venisset, ut adolescentem Societatem se aggregare volentem, auertiret a proprie fratre in itinere brachio, domum se reverti: præclarè doctus, quævis ei diuina extimescenda sit vltio, qui à diuino famulatu suos liberos retrahit.

Anno 1585. Turnoni cum quidam ad diuinæ votæ obsurdesceret, (vocatus ad Societatem) in morbum incidens, sensu sua pertinacia penas diuinicas sumit, statuque, quod Deus diceret, ed sequi, nec ita multo post retenatus est morbo, sed beneficii immotor ac propositi, tunc in patriam resigisset, exagitari iterum caput est morbo, dum ad extremam in animum induxit, illustriores diuina voluntatis significations non expectare, reliquaque patria ad Societatem sine contradictione se contulit. Ad hoc cupus reserri potest id quod configit.

Circa annum Domini 1586. & 87. Recepimus erat adolescentis, patre inuito Parisiis, atque ita indignantem ut rem iudicio experiri velle. Hoc dum molitur, expertus est iudicium erga se Dei: qui enim natum foris vnum a nobis repetebat, is alterum domi amictus, nec opina morte præteriunt. Alterum eadem vrebatur cura adolescentem, cumque res inibi esset ut conficeretur, evocatur à patre, qui morbo laborabat. Obtemperat filius vocanti: nec ita multo post consilium aperit: ex ardentia hac oratione pater vehementius quam febre: ingeminat precos adolescentis: illi postare in recusando: adhibet interea parochus ad iudicacionem: post quam, hominem admonet, ut nato se exorabilem præbeat: ne sancto diutius spiritui obstat. Mirra res ubi ad lenorem mentem stolidi corporis pater, eodem pem momento leuius est factus morbus, ita ut breui comaleaseret.

Anno 1589. Auenione, quidam è discipolorum numero in Societatem admitti vehementer cupiebat: sed cum differri placet Moderatoribus, sive mora intolerantior, sive familiarium inductus consilio, integrus: & fortasse esset in alia omnia, nisi nocturnorū terrore sonniorum, spectrorumq; horribiliū, excitatus esset. Vbi rediit ad pulchrum propositum, sache imagines abierit.

Anno

Anno 1591. Taurini adolescentem quidam ad nos annum appulerat, sed acceptus literis ab amico diffudente, abiicit consilium, tum Sacerdos quidam, re cognita, ad diffusorem scribit. admonens, ut si bene consilium alijs vult, adhuc retur ad ingressum: proponit historiam iuueni ex alia Pronuntia, qui cum Deo non pareret vocans, assumptus in partem facinorum a latronibus, eorum & suspendi particeps fuit. Quia de alio narrabantur, hac idem contemptor vocationis, expertus. Paucis post diebus comprehensus cum turba graffatorum, & coniellis in vincula, ad eundem Sacerdotem dat litteras, errantem petens, simulque significans sibi commissum scelus cum sociis capitalis supplicio iuendum.

Admissus alter in Societatem, ibidem mox, cum proferaret ad Domum probationis, ipso in itinere mutantem, flebit in patriam: miser vix eam attigerat, cum ad hominem nescio quo, qui se incidisse crederat in immum gladio transeat, ibi tum ille, cum in terram cedisset, has penas do propter negligientiam Societatem Iesu, ad quam vocabatur, hec moriens efflavit.

Eodem anno Dolæ adolescentis unicus erat vidua, præstanti ingenio etiam mater Societati addixerat non repugnante: iam lauream philosophie adeptus proferbat ingressum: si dum differtur, more impatiens, aut indignans, freto adolescentis se abripi finit. ingenti mortore parenti, metuque, tamque excussa est pectori cogitatione Societatis protectionem in Italiam parat: disfudetur discessus à matre, nostrisque labore irrito. Ceterum Societatis in eunda cura aut tenuis aut nulla. Tam comparauerat iuniori vestem, ac nummos: iam equum delegat: hunc autem, dum (ut sit) experiendi cura modum transit, iuvenili exercitatione (an desactivatione nimia, an potius ita visum Deo) morbum contraxit, equo viuus non assurrit: agrotante corpore annus valentior: ita erratum agnoscet sicut, deflebatque: nec aliam ob causam ei mors acerba, quam quod Societas prohibebat ingressum. Inter multa que dolenter ac pie dixit, iusta iudicia tua Domine. Hac nouissima verba morientis fuere.

Neapolis anno 1592. adolescentulus nobilis qui tribus fere mensibus in Societate non sine laude excederat, repente commutata voluntate discessit. Haud multo post, voluptatum illecebris irreitus, muliercula cuiusdam rogatu in conspectu Domini nostre intersecurit, ut locus ipse exitij, omnes de exitij causa admoneret. Et morte horribilior vita exitus fuit, quia confessione non expiatu interierit.

Circa annum Domini 1594. Quidam concepto voto Societatis, inspuerat, iamque omnino inde animum abduxerat: hunc tandem diuina clementia respexit flagelliisque semel & iterum castigatum, ad se redidit. Ex alto enim admodum teclo precepit lapsus, veniam ad extremam vi a medicis destitutus, pes salutis nulla superesse. Tunc voto Religionis reperito, pristinam recipit valitudinem. Sed periculo perfunditus, oblitus voti, iterum ex alta arbore, tam grani casu decedit, ut omni sensu membrorumque vsu destitutus, mensem totum tacuerit; sorbiunculisque tantum tenuissimus ager animum tenerit. Cum primùm melius habere caput, diuina monita intelligens, non ultra differendum

ratus, non se voti vinculo adstrinxit, receptaque valerudine fidem Deo datam liberauit.

Quocirca non est differendus in Religione ingressus, tum ne preoccupatis morte hoc beneficio priueris, tum, ne manendo in seculo, pluribus te peccatis seculi oneres, tum ne perdas innumeris meritis obedientia & aliarum virtutum, quas conferit status Religiosus. Nam ut dixit Deus Pater S. Catharinae Senensi: *Hominis mundi sunt velut animalia bruta sine freno; qui carent obedientiis freno, & ita currentes vadunt de malo in peccato, de peccato in peccatum, de miseria in miseriā, de tenebris in tembras, de morte in mortem, donec adducantur ad foveam extremitatis ultima mortis, cum verme conscientiae, qui semper eos consumendo rodit: & quamvis adhuc possint ipsi obedientiam refuere, volendo videlicet obedire præcepta in lege scripta, habentes tempus, amaro cor de dolente, ex eo quod inobedientes (diuinae vocationis) extiterunt, tamen est valde difficile propter longam peccandi consuetudinem: & ideo nullus pia differentia confidat, quia valde periculosum est huiusmodi clauem obedientiam velle tempore mortis assumere, in tanta extremitate, licet possit, immo debet in me quotidie sperare, donec est in vita praefonti; tamen, ut dixi, discriminorum est, unicusque differre vitam inordinatam emendare, expectando tempus quod non habet, nec est in potestate sua, & perdendo tempus ei gratis concessum. Sed quid est in causa huius detrimenti & huiusmodi cecitatis eorum: scilicet, quod non cognoscunt huiusmodi thesaurum. Et infra: Ostulti & infantes (alloquitur Deus Pater seculares) non differatis ulterius egredi de luto peccatorum & inmunditiarum, quia viderunt vobis valde iucundum iacere velut porcos in facienti lato se circumvolentes, ita facitis, & vos in lato carnalitatis. Et infra: Sumatis obedientiam clauem, nec ambuletis ultra cum cecitate tali, neque cum huiusmodi frigida tepiditate, immo cum seriore charitatis hanc obedientiam tenetis in corde & opere, ut una cum observatione legis in fine gaudeatis aeterna felicitate.*

Quartus modus faciendi bonum ante ingressum in Religionem est, velle illam ingredi bono fine & modo, & constanti voluntate.

Quoad primum, bonus sinus in eo situs est, ut velit eam ingredi, & postea in ea vivere & perseverare, cum animo perfectissime vivendi & quamplurima amori proprio insipida ab omnibus patiendi. Alioquin nisi haec duo intendat, inquietissime vivet ob multa quæ solent accidere aduersa, & non assèqueretur finem Religiosi status, qui est acquisitione perfectionis, seu, ut philosophica phrasit, continua tendentia ad perfectionem Euangelicam, acquirendam in gradu altiore, quam a bonis secularibus acquiratur. Hoc est quod suo modo Christus D. Religiosis prescripsit, imperfectiore autem modo secularibus. Si quis vult venire post me, abneget se metipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Quibus verbis tres perfectionis modi vel gradus indicantur: Sui abnegatio, Crucis batus

Luc. 9. 23.

193.

E 3 latio

latio assidua, & Christi D. per imitationem eius virtutum & perfectionis, sequela. Abnegatio sui, consistit in duobus. Prima, ut secularis viuens in seculo, & Religiosus in Religione, vita quibus ante fuit deditus deserat; dum Christum vult sequi. Relinquamus nos ipsos, inquit S. Gregorius in Ewang.

hom. 32. in Ewang. Papa explicans abnegationem hanc à Christo D. commendatam, quales peccando nos fecimus. Qui superlus fuit, si conversus ad Christum humiliter factus est, semetipsum reliquit. Si luxuriosus quisque ad consentiam ritam mutauit, abnegauit utique quod fuit.

Hoc modo se Paulus abnegauerat, qui dicebat: Vnu ego iam non ego. Extimulus quippe fuerat fauus ille perfector, & rixare cuperat puerus predicator. Secundo, Abnegatio consistit in quodam sancto odio sui, & morte cuiuli, vt non offendatur, nec turpetur ullis aduersitatibus vel molestiis, yndicunque proueniant. Si intelligi, inquit S. Chrysostomus, quid sit alium abnegare, tunc recte percepies, quid sit abnegare semetipsum.

Qui alium abnegauit, si eadi eum virgo rideat, si coereri videntur, & quicquid aliud eum male pati contigerit, non occurrit, non auxiliatur, non fleatur, nec pro�r uilla modo mouetur, cum ille, qui penitus ab eo alienatus sit. Sic igitur nullo pacto corpori nostro parere vult, vt neque si cadatur, neque si pellatur, neque si irritatur, neque si quid aliud huic modi patiatur (scilicet, incommoditates in vicu vestitu, habitatione, laboribus, officiis, irrisione, accusatione, contemptu, calumnias, degradations, non promotiones ad specie) et parcamus.

194. Porro crucis baulatio quotidiana, hoc est afflida, sita est in mortificatione perpetua carnis & animae, tum non pertinendo corpori & animae quicquam facere Deo displicens, tum ex supererogatione, voluntariè carnem affligere discrete rebus ei molestis, & animo desiderare omnes possibles seu molestias aduersitatum & perlectionum quibus pietatis cultores eximiū exigunt solent, & dum ingruunt, a quo eas animo propter Deum tolerare. Quid est aliud

Ser. I. crucis, inquit S. Dorotheus, quam vera mortificatio, que à nobis exigitur per fidem quam habemus in Christum? Qui crucem portat, ait S. Bernardus, debet mundo mori. Nam crucem ferre est semetipsum mortificare. Et alibi, citato hoc loco Euangeliste, subdit: As si dicat: Qui me desiderat, se desiderat: qui vult, facere voluntatem meam, discat frangere suam. Sed continuo bella insurgant, armantur protinus aduersus nos inimici. Et nos armemur contra imitacionem Regu nostri, ut tollamus & nos crucem nostram: in qua de inimicis omnibus triumphemus.

Ser. I. de modo beati. Crucem tollere, inquit B. Laurentius Lupinianus, nū est aliud, quam carnalibus desideriis que aduersus animam militant, reluctari. Taha autem desideria sunt, & quæ nos ad peccata inclinant, & à bonis abducunt, & quæ nos ad impietatem ferendas aduersitates incitant. Cū Paulus dicit: Mibi mundus crucifixus est & ego mundo, inquit S. Augustinus, hoc dicit, vt intelligas, crucem non li-

gni esse patibulum, sed vita virtutis que proposuit.

Sequela autem Christi, constituit in imitatione eius virtutum, & prorsus in imitatione modi viuendi illius, quem tenuit in hoc mundo, qui fuit est, in tolerandis tot aduersis in omni materia, & in operando omnia perfectissime, iuxta id quod de se dixit: Ego quæ plasita sunt ei facio Ioan. 8. semper. Ex quo viuendi & operandi omnia per-

fecit modo sequebatur, vt inimicis suis auda-

cter dixerit paulò post: Quis ex robin arguit me Ioan. 8.

pecator? ipsu sequaris, inquit S. Chrysostomus, vr

scilicet propter ipsum omnia sustineas, atque omnium in Matth.

virtutum numerum habeas. Is enim Christum sequitur, qui non in periculo modi, (scilicet tempore aduersitatum, & perlectionum omniumque molestiarum), quæ adducunt ad periculum,

Deum impatiens, & imperseuerantia in Religionis statu offendendi) fortitudinem adhibet,

(tolerando patienter omnia) sed modestiam, sed

humilitatem, & omni genus sublimioris Philosophia

(hoc est Evangelice perfectionis) complectitur. Id

enim est, recte Dominum sequi, vt & propter ipsum

suntia suffera, & alias virtutes non negligas. Prae-

teris autem virtutibus resolut le ingressurus

Religionem perfectissime Superioribus obedi-

re, & in iis totam voluntatem propriam ac iudi-

cium & omnes actiones suas & ipsos quoque

conatus, ac vires suas a Superioribus dirigendis, tanquam à Dei Vicariis, Deo donare, & in

humilitate ei seruire. Praeclarè hac de re Deus

monuit per S. Catharinam Senensem, cui hac

dixit: Notandum est, quod ille qui vult Ordinem ali-

guem sanctum ingredi, debet incedere eum lumine cap. 159.

sanctissime fidei, cum quo lumine cognoscat, quod eum

oparet occidente propriam voluntatem gladio, videlicet

odij cuiuscunq; festinare passionem, in sponsam, illam

assumendo, quam ei assignabit charitas vera, atque

fororem suam. Sponsam intelligo obedientiam veram

atque promptam cum forore sua atque nutrice humili-

tate: quia si non haberet iuxta se nutricem istam obe-

dientiam, procul dubio fame deperiret. Quoniam in ani-

ma, vbi non est virtus humilitatis, obedientia subiicitur

moritur. Humilitas vero sola non ambulat, immo secum

debet habere omni tempore seruam vilitatis, se-

metipsum pariter & omnia contemndo. Nam anima

qua se vilpendit, non appetit honores, immo dedecus

atque contumelias. Et ita mortua debet ire latenter ad

vacuulum approbatam Religionem, cum est in etate con-

grua.

Propter hos ergo fines debent ingredi in

Religionem, qui ad eam à Deo vocantur. Et

quod Spiritus S. dixit olim: Fili accedens ad seru-

itum Dei, sita in iustitia & timore, & prepara ani-

mam tuam ad tentationem, hoc sibi propriè di-

ctum iij patent, vt ministrum in seruitio Dei ac

statu Religioso non expectent mundanos fa-

tuores & delicias, sed tribulationes & cruces

perpetuas, a superioribus & aequalibus & inferioribus, quibus Deus dilectos suos, & purgare

à peccatis & solidare in virtutibus, aut angere-

Ecc. i. 2. 1.

1. Tim.

Hebr.

6.

de inter-
conflictu-
cap. 18.

Cal. 6. 14.
S. 32. de
sanctis.

I. DE RECTE TRADUCENDA ADOLESCENTIA. 55

incrementa meritorum & coronas gloriae ducantur, & lexis præparate solet.

Quapropter valde imprudenter faciunt isti Patres spirituales vel Directores animarum ad Religiosum statum aspirantium, qui, ut alli- ciant iuuenes ad vitam Religiosam amplecten- dam, promittunt illis montes aureos, res specio- fas, & amori proprio gratas dum enim contra- ria in Ordine quem elegerunt experientur, tur- bantur, tentatur, dicunt te esse deceptos, se non sperasse talia, & saxe his temptationibus impugnati, vel inquietissimi viuunt, vel ad seculum redeunt, nolentes quotidie Christi crucem portare, quia se eam portaturos non praetide- rant, vel non erant a suis spiritualibus magistris præmoniti. Præmoneo igitur ego eos qui vocantur a Deo vt bene ponderent Dei, & homi- num monita que nunc adferam, ac iuxta illa se ad amplectendum statum religiosum resolu- vant.

^{1. Tim. 1.1.} Tale monitum est Dei ipsius. Filius accedens ad ser- uitutem Dei sta in iustitia, & timore (benè viuendo, & timendo omnem Dei offensam) & prepara annam tuam ad temptationem. Hæc enim expe- ctanda est, & à Dæmonibus, & à carne, & ab hominibus. Quia vtait Apostolus: Omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu per perfectionem patiuntur: Immo non soli religiosi boni, sed etiam secula- res improbi, habent saepe maiora quaे tolerant, quam religiosi incommoda; & alia sibi molesta. Ideo prudenter præmonuit Seneca: Imprese- sū, & adhuc in publicum se iudicium dirigenib[us] hoc proponendum est, inter iniurias ipsas, contumeliasque debere versari. Omnia leuiora accidentia expectantib[us].

Quod qui que honestor genere, forma, patrimonio est, hoc se fortius gerat: memor, in prima aice alios ordines stare contumelias, & verba proboſa, & ignominias, & cetera de honestitate, velut clamorem hostium ferat: & vt longinquata tela & saxa sine vulnera circa galeas crepitantia. Injuries vero vt vulnera, alia armis, alia pectori infixa, non dielectus, ne motu quidem gra- du sustinet. Etiam si premersit, & infesta vi virgines, cedere turpe est. Ab signatum à natura locum tueri. Queritur quis sit hic locus? Vixi. Virilium autem am- morum, inquit B. Laurentius Iustinianus, atque Christo in spiritu militantium proprium hoc esse co- gnoscitur: vt magis belli, quam tranquillitatis tempus, & potius exerceri laboribus, quam ignavia conti- bescere concipiunt. Quocirca & tu qui mundo vis valedicere, quemadmodum Spiritus S. mo- nuit per S. David. Viriliter age, & confortetur cor- tum, & sustine Dominum Cor? Quia Deus ipse dilectos suos crucibus, & tribulationibus variis exagit, & eos magis, quos magis amat, & quos vult filio suo esse limiliores. Hoc in utroque testamento Deus declarauit. In veteri Propterea, 3. Qui diligit Dominus corrigit, & quasi Pater in filio complacet sibi. In novo, quem diligit Domi- nus, castigat, flagellat autem omnem filium quem corrigit. Hinc Angelus Raphael dixit Tobiae:

Quia eras acceptus Deo, necesse fuit ut tentatio proba- ret te. Quocirca merito dixit in quadam con- cione S. Leo Papa. Nunquam deest tribulatio perse- cutionis, si nunquam deſit obſeruanta pietatis. Domi- nu emin in exhortationibus suis dicit: Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Hoc autem non præiudicat felicitati status religiosi & sanctitati. Bene enim dixit S. Augustinus: Ad quæcumque professionem te conuerteris, para te pati- fitos: (hoc est, amicos in speciem fauentes tibi, te laudentes, tibi benevolos, sed in absentia, te irridentes, te traducentes, tibi detrahentes, te accusantes iniqui) alioquin si te non paraueris, inuenies quod non sperabas, & deficies, cui per turbaberis. Hoc est, si te non resoluteſis co animo Religionem ingredi, vt ad Christi exemplar patiaris quamplutima & à superioribus ei ab æquibus, & ab inferioribus, vel deficies, non perfe- uerando in Religione, vel in perpetua pertur- batione animi vitam deges infelicitissimam. Pre- para ergo animam tuam ad temptationem, vo- lens Religionem ingredi, & hic sit inter alios finis tuus præcipiuus, mundum deserere, statum religiosum amplecti, in Christo Domino fias quā simillimus, qui, vt ait B. Laurentius Iusti- nianus, propterea se voluit transformare in sim- gulosis, vt charitatis compagine singulos refor- maret in se, conformaretque sibi. Feuit se sciat te, vt te faceret, sciat se. Hoc est, vt de eo loquitur Ier. Isa. 53.3. Propheta: Despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & ita despiciunt, vt nec reputaverimus eum. Hæc desideras? ad hæc te præpara, & sic eris verum & viuum membrum Christi in statu religioso.

Tertium quod ad hunc quartum modum fa- ciendi bonum ante ingressum in Religionem necessarium est, vt eam constanti voluntate queras: tum non cedendo iniuris vel illecebris te ab ea retrahentium, aliisque temptationibus, tum perseverando in hoc sancto proposito, etiam si non statim admittaris a Superioribus Ordinis, qui vel probandi feruoris & constantie tuae causa, vel ob angustias loci, vel alias ob causas, quandoque non statim admittunt, vel expecta- te iubet. Sancta enim desideria, vt ait S. Grego- rius, dilatione crescant: si autem dilatione desi- ciant, desideria non fuerant. Et vt scriptit S. Ambro- sius: Quod diutius abest, que defideratur, ed ex- pectantis desideria, maiori quadam vi amoris igne- cant. Caro deficit, sed cupiditas altius & augetur. Im- mó & meritum perseverantis in bono propo- sito voluntatis. Scribit S. Ioannes Climacus de Isidoro quodam Alexandrinæ ciuitatis primo- ria, quia cum seculo abrenunciatus ad canobij præ- fidem venisset, att ad eum: si reuera Christi iugum tol- lere decreuisti, volo, vt ante omnia te obedientie labo- ribus exerceas. Cui ille: scit, inquit, fabro ferrum sub- iectum est, ita & ego & sanctissime, meisum obedientie expono. Quo ille responsu gratissimoque exemplo cura- tus, continuu[m] Isidoro exercitu manus admouit, vt ferro.

Tob. ii.
13.
S. 9. de
Quadrag.

conc. i. 2.
Psal. 36,
col. 2.

Fascic. 2.
mor. c. 12.

hom. 25.
in Ewang.
in Psal.

118. in
Defecit
in salutare
rum.

gr. 4. col.
4. in fol.

Volo, inquietus, frater ante monasterij ianuam existas, omniumque ingredientium & egredientium prouolutus gemibus dicas: Ora pro me pater, quoniam peccator sum. Sic autem ille obediuit, sicut Angelus Domini. Itaque cum sepe annos illis pergeisset, atque ad profundissimam humilitatem compunctionem, peruenisset, vultus Pater post incomparabilem viri tolerantiam, cuius superiori tempore aptum documentum dederat tunc fratribus communare, & vi reuera dignissimum, etiam Ordinationem, (hoc est promotione ad Sacerdotium) honorare. Verum ille plurimi multorum & mei ipsius precibus apud Patrem (hoc est, Monasterij superiorem) egit, ut ibidem illum fineret, sicut hactenus fecerat degere, cursumque suum perficere: intelligens, neque obsecrare his verbis significans, & diuinus enim agnoverat sibi mortem imminere. Deo hoc modo eius constantiam in sancto proposito & obedientiam remunerante) finem suum ac vocationis diem (ad coelestem gloriam) imminere. Quod & factum est. Nam cum in ipso Ordine illum permanere Magister permisisset, post decimum diem per abiectiōem & ignominiam glorioſissimā migravit ad Christum. Postque septimum dormitionis sue diem, ianuarem quoque monasterij, vii ei promiserat, assumptus. Interrogavi ego (cum adhuc vuoret) magnū hunc preclarum virum quid cogitaret cum ad portam moraretur tandem? Initio, inquit, hoc existimabam, quod pro peccatis meis essem venditus. Vnde cum amaritudine summa & violencia & sanguine prouolebar omnium pedibus. Vix annum implueram, cum sine mortore iam id faciebam, mercede a Deo tolerante, expectans. Impleto autem rursus anno alio, toto affectu cordis indignum meipsum existimare copi conuersatione monasterij, patrumque aspectu & conuenerio, diuinorumque participatione sacramentorum: indignum item, qui in alium faciem intenderem. Quocirca defixa in terram oculi, nec ab oculis discrepante animo intrantes atque exentes, ut pro me orarent, deprecabar. Et hic erat antiquus mos in veterum monasteriis nullum admittendi statim, sed aliquamchū pro foribus excubantes probant, ut demonstrarent indecum perseuerantia ac desiderium sui pariterque humilitatis ac patientie: immo iniuriis & exprobationibus multis de industria afficiendis: ut testis est Cassian. l.4. de Inst. c.3. Inī Deus ipse in Regula per Angelum S. Pachomio tradidit prescripsit artitulo 26. ne volens seculo renunciare, & fratrum aggregari numero, intrare monasterium permitteretur, sed maneret paucis diebus foriū ante ianuam, & quadam doceretur & suū experimentum dare. Quocirca horum sanctorum exemplo si non statim admitteris, constanter perseuerat, & ut monitum Spiritus S. per S. Davide Psal. 26. vlt. Expecta, Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Patientia enim vobis necessaria est, ait Apostolus Hebr. 10. 36. vi voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est, veniet, & non tradabit D. Iesus te suis filiis aggregaturus.

196. Alterum ad hunc quartum modum faciendi bonum necessarium ante ingressum in Religionem, est, vt bono modo ingrediantur. Bonus autem modus duo pricipia postulat. Primo, ne, vt multi solent, immediate ante ingressum in monasterium, graibus se contaminent sceleribus completae ebrietatis & luxuriae. Cum enim diuina eagent benedictione & pro felici ingressu & pro reliqua vita sancte in Religionem traducenda ad mortem, non debent Deum irritare nonis sceleribus, qua & Dei benedictionem auertunt, & maledictionem accescunt, & ponunt obstacula diuinæ gratiæ auxiliis, ad hoc necessariis.

Secundo, ne temporalem substantiam quam in seculo aliqui habent, ante ingressum dissident, partim donando amicis & consanguineis, partim expendendo in luxu & computacionibus. Quod vitare debent duas ob causas. Primo, vt si forte non perseverauerint in Nouiciatu, post redditum ad statum secularis, habeant quo se sustinent, & non mendicent. Altera causa est, eaque potior, vt in Religionem inferant quicquid possunt, à qua sunt alieni, & vestimenti & curandi in morbis, tota vita. Quamvis enim charitas Religiosa non sit defutura nisi quoque qui nihil intrulerunt secum, tamen dubium non est, quin habituri sint Superioris Ordinis, etiam ex hoc capite maiorem respectum illius, qui non sū tantum personā, sed rebus quoque suis Ordinem illum ditarunt. Ego sane valde adficiatus fui Poloniae, cum frater cuiusdam ciuius primarij pium quoddam & aucto monachorum monasterium ingressus, Anno 1621. non satis putans se aliquot millia florenorum segum intulisse in illud monasterium, inde iussit ē domo sua adferri lectulum ligneum tornatilem (qui solet in Polonia dissolutus, portari in curru, pro commoditate dormitorum secularium,) item rudem telam, quā in ferme lectulo affixa claviculis, fulcra lectulum sustentantia tegebantur, denique paruum malleolum quo exigui claviculis patetibus infigi solent. Et quāvis audiens alios id cuidam auritiz, seu nimis cupiditatibus ascribentes, existimat tamē id ex vero & solido & bono amore sui Ordinis, quē nouus tyro amplectebatur, hoc esse profectum. Et proculdubio Deo gratam oblationem fuisse, qui tanti fecit duo minuta illius vidua Evangelicæ in gazophylacium illata. Memini me legille Romæ ante 40. annos, in quodam processu pro S. P.N. Ignatii Canonizatione, Authoritate Ordinarii facto, auditio fuisse in cœlo à quadam persona Sancta Angelorum cantus, ob eleemosynam paucolorum cruciferorum seu grossorum, cuiusdam nostro Collegio(ni me fallit senilis iam memoria, Burgenfi) datum, quārō ergo magis placebit Deo id, quod cum sua persona inferat is, qui mundo valedicens, nil mundo quem deserit, relinquit, sed totum secum

secum dat Deo, in illo Ordine quem amplectitur, tanquam dotem sponsa sua Religioni.

CAPV. DECIMVM QVINTV M.

Frequens confessio & communio, & collo-
cuto cum Patre spirituali, & diligenter
Dei cultus, ac meditatio rerum diuin-
narum, cuius adolescentii necessaria,
maxime de statu religioso deliberant.

Tertius modus faciendo bonum, necessarius
tei, qui vult ingredi Religionem, est fre-
quenter confiteri & S. Eucharistiam suscipere.
Quod si quaras, quam frequenter id facendum
sit. Respondeo, saltem quavis hebdomada id est fa-
ciendum, duas ob causas.

Primo, Ut beneficio horum Sacramentorum
praeferueris a lapsu in peccata mortalia, quorum
habes quotidiana occasionem manendo in
seculo. Inter effectus enim SS. Eucharistie, ut ait
S. Bernardus, vnuis est praeservare hominem a
confusione in peccatum graue. Sedat enim, inquit
S. Cyrilus, cum in nobis maneat Christus, sauentem
membrorum nostrorum legem, pietatem corroborat, as
perturbationem animi extinguit. Et S. Thomas per
sanctam Eucharistie dicit, carnis somnium minu. Fomes
autem, est causa multorum peccatorum. Et quā-
vis multi post suscepuntam Eucharistiam, soleant
labi in peccata mortalia, ex libertate proprii arbitrii, & mala consuetudine, tamen in multo
plura laborentur, si SS. Eucharistiam ratiū sus-
cipienterius beneficio, vii & confessionis,
lenis minuitur peccatorum numerus, & tandem homo, peruenit ad viuendum sine ullo
peccato mortali, ut docet experientia multorum,
qui deuote accedunt ad sacra communio-
nem, & ea suscepunt, diutius se continent in
oratione & gratiarum actione, & non proripi-
unt se statim ad profana negotia studiorum,
vel colloquiorum non necessiorum, vel ad
otium & recreaciones inanis. Et ita verificatur
illud dictum S. Ambrosij, citatum a S. Augusti-

no: Christi caro damnat peccatum, quod nascendo non
sensit, qui moriendo crucifixit, ut in carne nostra, esset
iustificatio per gratiam, ubi erat ante collusio per cul-
pam.

Secundo. Necessaria est frequens confessio &
communio, ad conseruandam gratiam voca-
tions, & ad obtinendum facilis & ciuius in-
gressum in Religionem. Mouetur enim Deus
ad hoc, dum videri pie & deuote frequentari ob-
eius amorem, & studium perfectionis vita, haec
saluberrima Sacraenta: per quae, cum augen-
tur gratia, fit homo magis Deo acceptus, ac
proinde mouet Deum, ut cum magis amet, &
in bono promoveat. Delectatur enim Christus
D. magnopere, cum Sanctissimum eius corpus
sumitur in sacramentali communione. Decla-

tauit hoc ipse S. Gertrudi Benedictina, quem com-
dixisset Domino: Quid in me omnium creaturarum
peripsemate poteris inuenire, in quo taliter delecteris,
& hoc amplexibus & osculo sponsali blandi talis equi-
parare digneris? Respondit Dominus: Hoc inquit, quod insinuau-
toies metib[us] communico in Sacramento altaris. Et in piet[er]o.

hoc ego in infinitum plus delector, quam omnes similes
qui inquam in humana amplexibus & osculis sum
delectati, potuerunt experiri. Nam delectatio ampli-
xum & oscularum humanarum, vilis est, & cum
tempore transiit, statuas vero innotui illius, qua ego
me tibi comunico per Sacramentum Altaris, no-
bilitissima est, nec inquam deficit aut iepescit, sed
quantiq[ue] sepius reuocatur, tunc efficacius vigeret in at-
ternum.

Quartus modus faciendo bonum necessarius
ei qui vult ingredi Religionem, est, ut frequen-
ter aeat suum Confessarium, vel alium Direc-
torum vocationis sua, & cum eo colloquatur
de rebus spiritualibus. Hoc enim modo agendo
cum illo, tria consequetur bona. Primo, Con-
stans permanebit in sua vocatione, & animabi-
tur contra tentationes, quae tunc exurgere so-
lent. Secundo, magis ac magis accendet ad vo-
cationem executioni mandandam. Tertiū, exci-
tabitur ad vitam in seculo purius & perfectius
instituendam: atque hac ratione se inclinat dis-
ponet ad ingressum Religionis. Nam sicut cor-
pus indiget sensibili cibo, inquit S. Chrysostomus,
ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refo-
cillatione: ut roborata aduersus carnis insultus, & con-
tinuum bellum quo vrgemur, resistere posset: quod peri-
culum sit, ne in seruitutem redigatur anima, si vel pa-
rum desideri effici voluerimus. Proinde B. Moyses dicit:
Cum comedere & biberis & satiatus fueris, memor
est D. Dei tui. Vides, quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibam, spirituale
coniuicium proponi, (cicilicet, colloquium, de eo
enim ibi loquitur) ut non post satietatem cibi corpo-
ralis, anima torpere & deses fieri incipiens, in perniciem
aliquam ruat, & locum det diaboli machinationibus,
qui nullo non tempore obseruat, num ferire commodat
queat.

Præterea, cum is qui vocatur ad Religio-
nem, debeat in seculari statu existens, disponere
se ad talem viuendi modum, qualem debet te-
nere post ingressum in Religionem, cum ibi de-
beat sapere adire Patrem suum spiritualem, pro
colloquuis spiritualibus, hoc ipsum nunc in-
choet, dum viuit in seculo, quia magis indiget
eius spirituali ope, quam in Religione, ob maiori
pericula & occasionses peccatorum quae sunt
in statu seculari. Sicut nanus perito gubernatore in-
fructa, inquit S. Iohannes Climacus, facile ad por-
tum peruenit, sic animam quæ pastorem bonam dele-
gerit, licet per se rudius est, (vt sunt ordinarii secu-
lares iuuenes) aut etiam virtus prauisque moribus
onusta facile verum coelestis gloria portum assequi. Ve
contrafacie qui ductore careat, etiam si sapiens sit, sape
zamen errat in via; sic qui suam voluntatem ac audi-
cium

lamb.
depot.
tp. 2.
deg. 1.
cor. 1.
hac.